



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

Quæstio 2. Quæ fides Centurionis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

QVÆSTIO II.

Quæ fides centurionis?

§. 1. Q. Vadam ex ipla iā Græca apud Erasmus, & Lucam Brug. nſem ita habent, *Kai eadē o*
uſis autē ex eadē qd. eadē, Kai eadē o
uſis autē ex eadē qd. eadē, Kai eadē o
 Effectus igitur fidei ostenditur; nam in ipsa hora, seu
 temporis articulo sana us est, vult in Syro, vide Dan.
 4. 30. hæc etenim *Κηρυβ* beſchagatha, quod indi-
 cat ipsum rei gerendæ momentum.

Nec de fide dubitare fas est, quænam illa fuerit,
 cum dicat expresse: *ſiat tibi ſicut credidiſti*. Crediderat
 fuit fides, ergo poſſe puerum ſanari, idque conſecutus eſt. hinc
 apparet, centurionem obuiam veniſſe, cū omnino au-
 dieret Ieſum ad ſe venire; itaque fides illa alteri pro-
 fuit, nec fuit præſumptio de ſalute.

§. 2. Hæretici fiduciam interpretantur. Bollinge-
 rus credidiſſe eum dominum ſanare poſſe, & velle;
 atque hanc fidem ita deprædicat, vt veram efficere, &
 iuſtificantem arbitretur. Verba eiſita habent. [Pau-
 culis, ſed iſis euidentiffimis exponit efficaciam, virtu-
 temque fidei. Efficat fides vt quod ſecundum verbum
 Dei credimus, hoc diuina potentia operante accipia-
 mus, credidit centurio domini poſſe, & velle ſana-
 re miniſtrum ſuum d. cumbentem; Dominus ergo ſa-
 nauit ipſum; itaque fides ſuum habuit effectum. Se-
 quitur enim; illa ipſa hora ſanatus eſt ſamulus eiſ.
 Proinde ſi credas te iuſtificandum ſanguine filii Dei,
 iuſtificaberis protinus. Verbum enim Dei dicit. Qui
 crediderit in filium Dei, iuſtificabitur. ſi credideris
 Deum illum optimum maximum fore Deum tuum,
 qui te purget ab omnibus peccatis tuis, liberet ab o-
 mini malo, exaudiat in quauis neceſſitate: breuiter qui
 ſit futurus pater, rex, proteſtor, copie cornu, & aly-
 ſum tuiffimum, tum firmiſſimum, eueniet tibi certo
 quod credis. Nam ſecundum verbum Dei credis &
 verbi Dei ſenſum catholicum ac genuinum tenes. In
 verbo enim Domini huius generis infinitæ reperiun-
 tur promiſſiones, ac ſeſe ſubinde clariſus exponunt.]

Clara res, ſi abſit contentio. Centurio ſe Chriſti
 conſpectu credebat indignum, eum ſolo verbo ab-
 ſentem ſanare poſſe credebat; vt vellet Iudeis depre-
 catoribus vrebatur, & ipſe orabat, quia velle ſperabat.
 Non quia velle credebat. Effectus fidei fuit, ſed per
 ſpem & caritatem operantis. Nec centurioni in men-
 tem venit, ſibi ſua peccata quæ faceret, aut facere vel-
 let, non imputari; nec huius fiducie effectus erat ſa-
 muli ſanitas.

Caluinus etiam l. 3. inſtit. c. 2. §. 13. Non audet hanc
 centurionis fidem ad fiduciam ſuam reuocare. [Con-
 tra ad particulare, inquit, aliquod obiectum aliquan-
 do reſtringitur, ſicuti cum dicit Matthæus Chriſtum
 fidem eorum vididiſſe, qui per tegulas paralyticum de-
 miſerant; & ipſe clamat ſe non inueniſſe tantam fi-
 dem in Iſrael quantam centurio attulerat. Atqui pro-
 babile eſt intentum proſuſiſſe ad filii ſanationem,
 cuius cura occupauerat totum eiſ animum. Sed quia
 ſolo Chriſti nura & reſponſo contentus corporalem
 præſentiam non flagitat, huius circumſtantie cauſa
 tantopere extollitur eiſ fides. Et nuper docuimus
 Paulum accipere fidem pro dono miraculorum, quo
 pollent qui nec Spiritu Dei ſunt reſeniti, nec eum ſe-
 rio colunt.] Quo tærior eſt recentiorum Caluina-
 norum Parei, & aliorum fraudulencia, qui hanc cen-
 turionis fidem pro ſtabilienda fiduciam præſumptuoſa
 adducunt.

Contra ſuos ergo Pareus agit de iuſtificat. l. 1. c. 4.
 & c. cum hanc fidem fiduciam definiat, quæ quipiſiam
 terius eſt de ſalute. Contra eum ſtat Beza cum

Adami Conzen in Euang. Tom. I.

Caluino; dicere negauit, flores heroum, vt ipſi putant.

§. 3. Multo ſapientiores illi, qui à tanta confidentia
 receſſerunt, vt initium ſalutis adirent, vt doctiſſimus
 Bertius vt Caſpar Berlaus in Bogermanno *ἐλεγχόμενοι* res à rete-
 redarguto. Teſtatur enim eos qui ſobrii ſunt & pi hanc
 præſumptionem fugere. Deinde, inquit, an ſalutis ſue
 fecerit iacturam Chriſtianus, aut indecorem ſe Chriſto ſeruum
 præſtabit, qui ad inconditatem illam fidei ſemper perſe-
 ratura certitudinem malit *ἐπὶ τῷ* quam præſidenter de ſe præ-
 ſumere? Vbi negando, interrogando, reprehendit ipſo
 modo interrogationis fiduciariorum præſidentiam.

§. 4. Multo etiam eſt deteſtabilior argumentatio
 Wolffgang Muſculi. [Quod non dicit, ſiat tibi ſe-
 cundum iuſtitiam tuam, vel probitatem tuam: ſed ſic-
 ut credidiſti: hoc eſt, ſe cundum fidem tuam. Nec di-
 cit, ſicut rogati: ſed ſicut credidiſti: admonemur in
 præcationibus piorum nō attendi à Deo tam iuſtitiam
 & probitatem precantis, quam fiduciam. Aut certe ſi
 aliqua iuſtitia ad hoc quaeritur, vt orans à Deo exau-
 diatur, fidem eſſe illam iuſtitiam, quæ quaeritur.]

Facil ratio: ſiat tibi ſicut credidiſti, ergo Deus non reci-
 pit probitatem orantis, ſed fiduciam. Hic multa ob-
 ſtant conſequentiæ. Nec enim hic de ſpeciali fiduciam
 agitur, vt ex Caluino etiam conſtat. Nec illa fiduciam
 alteri, ſed cuiusque propriorum peccatorum remiſ-
 ſioni conducit. Iuſtitia vero centurionis non erat ſo-
 la fides, ſed inſig. iſ caritas, humilitas, munificentia.
 Non ergo Deum talem habemus, qualem illi fidem
 habemus, ſed qualia opera præſtamus.

Fidei vt ad ci arbor, & fructus tribuitur Cyp. Ep. 9.
 Chriſtus dat credentibus tantum quantum credit ſe
 capere, quia ſine iuſtitia orantibus dicitur: *diſcedite à*
me omnes qui operamini iniquitatem.

Philippus Melanchthon praua interpoſitione ver-
 ba Chriſti: *ſiat tibi ſicut credidiſti*, peruertit. [Quod
 hic, inquit, pro ſamulo ſollicitus eſt, in eo obſerua, a-
 lienam fidem pro hominibus valere & efficacem eſſe.
 Sic hodie aliena fides ſatis facit in baptizandis pueris.
 Quod dicit, Ego ſum homo, &c. Comparatio eſt &
 argumentum à minori. Siquidem ego poſſum verbo
 efficere, quod volo apud meos, quanto magis tu?
 quali dicat, quomodo facit, vt iubeo, ſeruus meus, ita
 quæ tu iuſſeris, omnis creatura.]

Nequaquam infantes fide parentum iuſtificantur,
 ſed fide & gratia inſuſa, qua Deus peccatum origina-
 le excludit: nec enim repugnat minuta ætatula habi-
 tus gratiæ, cui omnes conc. dunt in eſſe peccatum an-
 te baptiſmum: cur autem inſit delictum, non poſſit
 in eſſe remedium delicti?

§. 5. Maiorem fidem in Baptiſta, Simeone, aliſque
 inuenit, de populo itaq; & auditoribus loquitur, ſuos
 illos peculiareſ excipit. Fateatur etiam Aretius, Abra-
 hami, Iſaci, Iacobi fidem maiorem faiſſe. Quod ſi-
 gnum eſt etiam aduerſariis concedentibus, generales
 propoſitiones pro retum circumſtantia intelligendas.
 Caluinus certe B. virginem excipit. [Dicitur eſſe ſe-
 cundum quid non ſimpliciter. nam ſi colligimus o-
 mnes fidei partes, ſaltem in eo præcelluit Mariæ fides
 quod ſe ex Spiritu ſancto fore grauidam credidit, vt fi-
 lium Dei vnigenitum pareret. Deinde quod filium ex
 ſe natum amplexa eſt tanquam factorem ſuum, mun-
 dique totius opificem & vnicum Redemptorem. Sed
 duas maxime ob cauſas Chriſtus fidem hominis gen-
 tilis prætulit omnium Iudeorum fidei: nempe quod
 ex modico & tenui doctrinæ guſtu tantus ac tam re-
 pente fructus ſe proferret. Neque enim hoc vulgare
 fuit, Dei virtutem, quæ tantum ſcintillas quaſdam fa-
 cere in Chriſto cœperat, tam magnifice prædicare.
 Deinde cum Iudei plus æquo externis ſignis intenti
 forent: hic homo gentilis nūllū requirit vſitile ſym-
 bolū, ſed nudum verbū ſibi ſufficere teſtatur. Ven-
 turus

Adami Conzen
 in
 Euangelia
 Cui
 18

„tutus ad eum erat Christus, non quod opus esset, sed
„ut hanc eius fidem probaret. Quare hoc p. asertim no-
„mine ipsam commendat, quod acquiescat in nudo
„verbo.]

Hic si necessario B. Virginem excipit, in qua Chri-
stus maiorem fidem inuenit, cur non eandem à con-
ditione peccati contrahendi, à concupiscentia pari
modo excipiendam indicat?

VERSVS 11.

*Dico autem vobis, quod multi ab o-
riente & occidente venient, & re-
cumbent cum Abraham & Isaac,
& Iacob in regno caelorum.*

QUESTIO I.

An Ecclesie vniuersitas hinc probetur?

Ecclesia v-
niuersalis.

Nec nouum aut inusitatum aliquid à nobis agitur,
cum hinc Ecclesiae multitudinem, & catholicam
diffusionem probamus. Augustinus contra Donati-
stas frequentissime ex hoc loco iam olim tractauit, ut
ostenderet, non in solo Africæ angulo Ecclesiam esse.
Vide Sermonem 6. de verb. Domini.

VERSVS 12.

*Filii autem regni euicientur in tene-
bras exteriores.*

QUESTIO I.

Qui filii regni, & tenebrae exteriores?

§. 1. Filios regni appellat eos, qui ad regnum vocati,
promissionem habuerunt, quibus omnia ita
collata sunt, ut per ipsos solos steterit, cur depelleren-
tur, eorum videbatur hereditas Rom. 9. 4. quorum ad-
optio filiorum, & gloria & Testamentum. Vbi ergo
peregrini ἀνακληθήσονται ἐν τῇ βασιλείᾳ, siue ut legunt
Chryl. & Euthym. ἐν τοῖς καλοῖς ἀεγείῳ, in sinibus
Abraham. Ineptè omnino filios regis Castalio ap-
pellat.

Tenebrae
exteriores.

§. 2. Tenebrae exteriores luci internae & domesticae,
quae in coenaculo conuiuentium erat, opponitur.
Nulla ergo extra regnum illud lux est, sed tenebrae ex-
teriores, nihil solati, nihil non plenum supplicii.

§. 3. Stridor dentium est dolentium, & indignan-
tium, & dolores utique molire conantium, sed ir-
rito conatu, sanctia seipsam puniente. Similitudo
sumpta ex carnatione, in qua facies & lumina collu-
cent; foris omnia tenebris inhorrescunt. Insignis lo-
cus contra atheos & irrisores, qui sarcasmos in piera-
tem exercitos, tam horribili dentium concussu luent.

QUESTIO II.

*An hinc atheismus de duobus principijs
refutetur?*

Marcion A-
bramum
& patriar-
chas da-
mnabat.

§. 1. Irenaeus aduersus Haereses lib. cap. 18. Deum
Abrahami & Patriarcharum vnum eundemque
cum Deo noui Testamenti hinc probat. Vnus autem &
Marcion, & qui ab eo, expellentes ab hereditate Abraham, cui
Spiritus per multos, iam autem & per Paulum testimonium
reddidit: Quoniam credidit Deo, & deputatum est ei ad iu-
sticiam: & Dominus primum quidem de lapidibus excitans fi-
lios eius, & faciens semen eius, quasi stellas caeli, dicens. Quoniam
venient ab oriente, & ab occidente, ab Aquilone, & Austro, &
recumbent cum Abraham, & Isaac & Iacob in regno caelorum.
Iterum dicens Iudeis: Cum videritis Abraham, & Isaac & Ia-
cob, & omnes Prophetas in regno Dei: vos autem proici foras.
Manifestum (est) ergo, quoniam qui contradicunt salutem eius,
& alterum prater eum, qui promissionem feceris Abraha, for-

mant Deum, extra regnum Dei sunt, & exheredes, sunt in
corruptela, frustrantes, & blasphemantes Deum, qui in ri-
gnum caelorum introducit Abraham, & semen eius, quod est
Ecclesia, per Christum Iesum, cui & adoptio redditur, & heredi-
tatis quae Abrahae promissa est.

§. 2. Eadem ratione Faustum Manichaeum, Deum
Patriarcharum, & ipsos Patriarchas accusantem con-
futat Augustinus. Disputatio eorum vtilis & audita
iucunda est.

[Faustus dixit: Scriptum est in Euangelio, quia mul-
ti venient ab Oriente & Occidente, & recumbent cum
Abraham, & Isaac & Iacob in regno caelorum. Vnde
ergo quare non accipitis Patriarchas? Absit nos quidem
cuiquam inuidere mortalium, quem Deus forte mis-
eratione respiciens sua, de perditione vnquam reduxe-
rit ad salutem: sed hoc sane nos eius esse iam clemen-
tiae ponimus, qui misertus sit non illius meriti, cuius
fuisse negare non possis, improbabilem vitam, ac per
hoc. Et Iudaeorum Patres Abraham scilicet, & Isaac &
Iacob, si est hoc pro certo de iisdem Christi testimo-
nium, quod adferis, quamquam fuerunt ipsi quidem
flagitiosissimi, ut fere Moyses indicat eorum prone-
pos, siue quis alius historiae huius conditor est, quae
dicitur Genesios, quicorum vias nobis odio omni,
fastidioque dignissimas scripsit: Sint tamen & ipsi iam
in regno caelorum; sint in loco, quem nec crediderant
vnquam, nec sperauerant, ut fere ex eorum liquido li-
bris apparet: dummodo tamen constet vobis etiam
constantibus, longo intervallo de terra ac penali in-
ferorū custodia, ubi se vitae merito coercebant à Chri-
sto Domino nostro liberatos, per eius scilicet mysti-
cam passionem peruenire ad hoc ipsum potuisse, si
perueniunt, quod scriptum de eis est. Cui responderet
Augustinus, quomodo in tuto miser? quomodo in
tuto, qui re Patriarchas odisse dicis impuros, & Deum
adhuc plangis impurum? Certe illis Patriarchis post
aduentum Saluatoris praestitam purificationem, & da-
tam beatam requiem concessisti: Deus autem vester
& post aduentum Saluatoris, adhuc iacet in tenebris,
adhuc flagitijs omnibus mergitur, adhuc in impurijs o-
mnibus volutatur: ita non solum vita illorum homi-
num melior erat Deo vestro, verum etiam mors ipsa
facilior. In quibus autem sedibus erant iusti, qui exie-
rant ex hac vita priusquam Christus in carne venisset,
& vtrum etiam ipsos ad aliquid melius passio Christi
translulerit, qui in eum venturum, passurum, resurre-
cturum, non tantum crediderant, verum etiam hoc
ipsam sicut oportebat, prophetico spiritu praenuntia-
uerant in scripturis sanctis indagandum est, si quo
modo ad liquidum indagari potest, non hic temeri-
tates opinantium confectandae quorundam homi-
num, necdum tam execrabilis haereseis peruersitate ni-
mis longe à veritate aberrantium.]

Nequiores illi sunt, qui hodie in Deum & ab sola-
tam ab eo indictam necessitatem omnia reiciunt, &
tamen soli sapere, soli religiosi sibi & reformati viden-
tur, quibus omnia τὸ μὴ καὶ αὐτὰ πείθονται, omnia in-
honestum honesta videntur.

VERSVS 14.

*Et cum venisset Iesus in domum Pe-
tri vidit socrum eius iacentem, &
febricitantem.*

QUESTIO I.

Vbi Petri socrus curata?

§. 1. Marcus 1. v. 39. Lucas 4. 38. Surgens autem Iesus
de Synagoga, introiit in domum Simonis. Mar-
cus 1. Et protinus egredientes de Synagoga venerunt in domum
Simoni.